

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Hospitalitas c
cum uariis

Tanta est apud Deum hospitalitatis gracia, ut ne potus quidem aque frigide a premiis remunerationis immunis sit. Vides quia Abraham Deum recipit hospitio dum hospites querit. Vides quia Loth angelos recipit. Vnde scis an et tu cum suscipis hominem, suscipias Christum? Licet in hospite Christus sit quia Christus in paupere est, sicut ipse ait: Hospes fui et cetera.

Ambrosius libro de officiis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

premiis] premii B; et *om.* L²; libro *om.* C P V¹ V² L¹ L²